

Deo gratias. Quibus subjunctus est brevis ad B. V. Sermo. Ad quendam Sordalem *Ordinis Minorum*, cui, maxime post *Bernardinum Senensem*, domestica fuit Nominis *Jesu* veneratio, pertinere Opusculum, vix ambigo; quin *Thomam de Stavesbaw* s. *Staucham*, *Stravershanum*, *Shavestenum*, ut diversis scribitur, *Franciscanum Anglum Avenione* 1346. defunctum de *Excellentia nominis Jesu* librum reliquisse, ex *Baleo*, *Pitseo* et *Lelando* testantur *Waddingus* et *Tannerus*. Quod si tamen cum Librario nostro sentire quis velit, rarissimum fateatur, oportet, Scriptum, quod *Vaticanorum Bonaventurae* Editorum oculos fugerit, neque a *Lugdunensibus* deinceps sit adjectum.

DLXXV.

438 Codex chartaceus germ. scriptus an. 1500. Folior. 39. 4. continet: I. Paraphrasin Opusculi *Job. Gersonis de Mendicitate Spirituali*, quod extat *Opp. omn.* edit. dictae *Antwerp.* 1706. T. III. col. 487. f. Initium: *Hie faubet sich an ain andechtiger loblicher tractat des Hochgelerten Doctors Johannis Gerson Cantzler zuo parys Von dem gäistlichem bettel oder von dem Haimlichen gesprech der sel zuo dem menschen vnd ist die sel fragen vnd der mensch git antwort &c.* Incipit igitur Homo: *O min arme sel O min schwache sel O min lame sel*

O du min erbarmliche sel O du nutz guotz in dir oder vss dir bast &c. Paraphrasin dixi; non enim presse Sententiis et verbis Autoris insitit Interpres anonymus, qui mihi ad *Helvetiae* confinia pertinere videtur. In Exemplo nostro *Prima* tantummodo Opusculi *Pars* comparet, quae finit: *Dardurch du magst vberkommen gottes gnad hie in dieser Zitt Vnd dort ewige sülignait Amen. Anno 8^{c.} im funffzeben bundert Jar.* Idem Opusculum *Gallice* extare dicitur in 4. *Codicibus Victorinis* edit. col. *suprac.*

II. fol. 12. p. 2. Sententiarum e sacris Literis et PP. *Συγγραμματα* ad Homines Instituti monastici confirmandos et solandos hoc titulo: *Hie nach volgent ietliche hailfame lere vnd Spruch der hailigen lerer vssgezogen vss mancherlay bucher mit flyss fur etlich gäistlich personen die mir insonder in gäistlicher liebe enpfolhen sind &c.* Autorem eundem puto cum superiore Interprete, et quidem e Familia *Benedictina*; ait enim fol. 14. *Des spricht wol in der regel vnser hailiger vatter Benedictus.* Sanctimonialia ab eo potissimum respici, patet fol. eod. *Hie merck du dienerin gottes mit allen flyss.* Et fol. 24. p. 2. *Vberlyss dis büchlin dick (oft) wann ich hon es von hertzen gern geschriben vnd nit on schaden vnd vss liebe vnd mitliden des bleden zartten geschlechtis minen lieben schwestern.* Ad calcem: *Dises bieschlin ist geschriben worden in dem*

2189

A S C E T I C I

2190

dem Jar als man zalt von der geburt christi XV^c Jar post dominicam Oculi.

III. fol. 28. alia manu: Expositio VII. Petitionum Orationis Dominicae, adjectis aliquot Precationibus, et D. Annae Profapia. Initium: *Die sieben stucklin (Particulae) das erst. Gebailiget werd din nam Das ist das erst des du dem almechtigen barmhertzigen got solt bitten. Nun müchtestu sprechen &c.* In fine post recensitam D. Annae Profapiam subditur ab amante fortassis Patre: *Endlin (Annula) minliebs Kind merck bie wie haustu (hast du) so ain jülige muotter. sant anna. das kind sol siner mutter nauch volgen In guotem &c.* Atque in hujus Annulae gratiam praecedens etiam Orationis Dom. Expositio suscepta fuisse videtur.

Praetextae sunt Codici Chartae II. quarum priore Ludovicus ab Habsperg anno aetatis suae 87. varia constituit circa lapidem suum sepulchralem et diem anniversarium obitus, eaque committit Abbati et Conventui ad S. Haimeranum. In vigilia Michaelis Archang. Anno &c. Im XX Jar, quem puto annum 1520. Altera ad Tyrolim pertinet, qua Hainricus Payrsperger Praedium situm in Dominio Curtatsch in emphyteusim dat Jobanni Mygler. Data est: *Ze Tramynn (Tyroleos?) des freytags vor mitterfasten Anno Domini Millestimo Quadringentesimo Tricesimo primo.*

DLXXVI.

Codex membraneus lat. Sec. 45 XV. Folior. 234. f. max. per duas columnas minutius exaratus et paene sine ornamentis continet Libros VIII. priores de Vita Christiana Simonis de Cassia O. Eremit. S. Augustini. Fol. 1. pag. 2. habetur Prologus hoc initio: *A bono et superbono Creatore omnium deo sumentes exordium &c.* Opus ipsum sic incipit: *In nomine Christi Amen Incipit liber de uita christiana. Venerabilis sfratris Symonis de Cassia Ordinis fratrum heremitarum sancti Augustini. Quem librum ipse incepit ad instantiam et petitionem sui Carissimi amici domini Thome de Corsinis de florenzia legum doctoris. Anno domini Millestimo Trecentesimo Tricesimo octavo. die sexta mensis Septembris apud urbem Romanam. Sed ibidem Anno domini M^o. CCC. XLVII^o. In vigilia Ascensionis domini infirmatus et sequenti anno. die secunda sfebruarij defunctus. Nec ipsum librum relegere et ordinare uel corrigenda corrigere si qua essent. Nec in aliquibus tractatibus ipsius libri perficere potuit aut complere. Ad calcem Libri VIII. adjectus est Index omnium Capitum, ad quem sequenti praefamine inducimur: *Ad honorem laudem et gloriam omnipotentis dei. Glorioso genitricis sue virginis Marie. Beatissimi Confessoris et almi presulis doctorisque egregij Sancti patris nostri Beati Augustini et omnium sanctorum Incipit Registrum siue ordo librorum.**

Q 9 9 3

librorum.